

mensis¹, ut ipse de se ampullatur: falco, ut res est: milvus sive vultur, ad castra evolat. § Arrepi^t etiam vulpis illa de Osenbrucca.² § Dux Suevorum³ cum magna vi militum in Burgundiones movit, sed orta in suis seditione grave nimis^f et infame, ut aiunt, detrimentum accepit. § Abbatem quendam^g in Saxonia a monachis suis interfectum aiunt. § Turingos aiunt archipresbiterum, dum exegit decimas, decies mactasse.⁴ § Ecclesia Treverensis concremata dicitur incendio noctu intrinsecus ex candela quadam suscitato. In claustro siquidem de disciplina agitur. Deo gratias habemus, nam de reliquo statu satius duximus nulla quam pauca dicere. De Adalberone vestro non iam puero, sed optime^h indolis adolescente etiam atque etiam supplicatum vobis velim, neⁱ eum inter tot curas a vobis excidere patiamini. Ipse^k enim utroque parente vivo et predivite non tam filius est quam pupillus; et profecto cum filio suo videntur affectum quoque filii vobis delegasse. Puer ille Burgundiculus nondum venit, sed in proximo venturus expectatur. Verum in illo ut in aliis, ut certe in omnibus vestre dulcissime voluntati libentissime famulabimur. Vale.

19.

(*Meinhard an X.*): berichtet, daß er sich eines jungen Mannes, den der Adressat auf die (Bamberger) Domschule gebracht hat, angenommen hat, und appelliert an die Freigebigkeit des Adressaten für sich und den Schüler.

(1063 etwa August—September.)

Cod. Paris. lat. 2903 fol. 52'.

Cum natalium vestrorum ingenuitatem intueor, quam vos vite splendore veluti sole quodam longe augustius illustriusque provehitis, gratulor mihi oportunitatem, quam^a fors gratissima obtulit: inquam operam^b meam non dubitem^c vos impense promeritos^d esse. Cum enim per nos transistis, calamitates loci vestri

18. f) nimi c. g) quedam c. h) optimo c. i) nec c. k) ipso c.

19. a) qua c. b) folgt vestram c. c) dubitam c. d) promerita c.

1) Erzbischof Adalbert von Bremen. 2) Bischof Benno I. von Osnabrück. 3) Rudolf von Rheinfelden. 4) Über den Streit um die vom Mainzer Erzbischof beanspruchten Thüringer Zehnten vgl. MEYER VON KNONAU 1, 295 f. und 564 f.